



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

11. Junij. 3. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

X. JUNII.

441

mo, coronavisti. Simplicissimum illud
Ens entium Deus, cor simplex, tanquam
rem suæ naturæ simillimam, amat. Ut ego
ab hoc summo Bono amari merear, ora, ut
cor meum tale sit, quale depingit aureo
suo calamo

S. BERNARDUS, Tr. de Præc. c. 14.

Ego vero, ut interior oculus verè sim- Chari-
plex sit, duo illi esse arbitror neces- tas, &
saria, charitatem in intentione, & in Veritas
electione veritatem: ut oculus vide- cordis
licet cordis non solum pius, qui fal- custo-
lere nolit, sed & cautus sit, qui falli des.
non passit.

XXXVIII.

II. Junij. 3. Idus.

B. REYNERI: qui inter primos per Objec-
tibus Belgij iter facientem, & sa- anno
crum rete explicantem S. BERNARDUS 1150.
DUM secutus es, non ad Claramval-
lem duntaxat, sed ad montem summe
perfectionis. Talis nimirum fueras, ut
& Prioris officio dignum, & occupa-
tus Ecclesiæ negotijs, parem te judica-
verit, qui in regenda congregacione,
absentis personam sustinces: meritum
T 5 denique,

442 ANNI CISTERCIENS.

denique, quem paucis ante obitum suum annis ad cœlum præmitteret. Vra,
ui, cùm sagenam illam magnam aliquan-
do Angelii exsistent, ego inter pisces Ele-
fros colligar, non vero cum malis foras
abjiciar.

*Obiit
anno
1170.*

*Mira
in diris
dolori-
bus pa-
cientia.*

*Christi
appari-
tione
robora-
tur.*

B. ALEIDIS, Cameræ MARIE monialis: quæ novum tuo sæculo Jobum exhibuisti. Classicum irruenti in te morborum cateryæ præcinuit fædissima lepra; quæ (ut ad doloris conflictus te scires vocari) totum corpus, in lorice modum vestivit ulceribus: quibus pñà cum effuso purulento humore iparescentibus, cutis per quam similis erat annosæ quercui, cuius rugosum corticem videbaris induisse pro scuto patientiæ, inter omnia hæc tormenta semper invictæ. Sed hac etiam veste rursum à tabe & vermis derosa, pedes & crura, cum incredibili doloris augmento, usque ad ossa nubantur. His accessit, te ab hominum consortio separandi necessitas, ne conages sese in alios effunderet. At sic à mundo exclusam Christus non raro inviseret, ad suavissimos amplexus invitare, ac de cœlestibus arcanis instruere dignatus est. Audieras aliquando in Vigilijs Divæ Ursulae festivis moniales alacri voce nocturnis precibus in-

tentas

tentas: & tunc primū ægritudini tu-
x audebas irasci; quòd te à tam pio
consortio, & apud D E U M merito ar-
ceret. At iterum Christus, te non ha-
rum solummodo, sed & sanctorum
Martyrum in cœlo præmia reportatu-
ram, promisit. Aggredebantur interea Dolores
dolores doloribus: ita ut jam damna- suos pro
torum in tartaro poenias, jam ignium alijs of-
piacularium tormenta te perpeti, fate- ferre
reri: adhortante Servatore; ut alteram docetur
suppliciorum partem pro sceleratè vi-
ventibus, alteram pro animabus in er-
gastulo luentibus, Æterno Patri suo
offerres. Illud maximè stupendum, ac Leprâ
cedentes ad te morbos, præsertim le- alios
prâ maculosos, solo tuo contactu, so- liberat.
spitatem consecutos esse. Cùm deni-
que virus, per omnes corpusculi artus
serpere non desinens, etiam oculorum
lumen extinxisset; gaudebas, jam nihil
te, præter cœlum, per interiores men-
tis radios aspicere: ad quod, integro an-
no de die & horâ mortis præmonita,
feliciter evolâsti. Utinam in te, velut in Hic la-
vero patientie speculo, altius perpenderem bor, ibi
Christianum illud axioma: non dari transi- quies.
tum ab otio hujus vitæ ad quietem futuræ;
nec à delicijs terrenis ad cœlestes: sed præ-
mia servari laboribus, & gaudijs excipi
cruces! enim verò non adeò cruces metuerē.

444 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 68. in Cant.

Dulcis post laborem subit, post laborem quies, post nau-
quies. Opportunè post tristitiam gaudium
fragium portus. Placet cunctis secu-
ritas, sed ei magis, qui timuit: ju-
cunda omnibus lux, sed evadenti de
potestate tenebrarum jucundior.

GREGORIANA

12. Junij. Pridie Idus.

Circa B. OPTO, Converse Hemmenroden.
annum 1200. sis: quem morum integritas, ac aliq
virtutes, maximè humilitatis studium,
ad sanctitatis famam in hac vita, & in
altera ad promissa humilibus præmia
evexere. Cæcitas est sanè dolenda, quod
Humilitas. tam splendide promissa præmia tam levi
labore (quid enim facilius, quam de se, id
est, de cæno & nihilo, sentire humilius?)
nobis comparare gravemur.

Vixit B. G U I D O, monache Clarævallis:
circa qui ex Germaniæ partibus Parisios, stu-
annum 1195. diorum gratiâ profecturus, suadente
itineris duce, ad Claramvallem diver-
tisti. At ille tum loci sanctitate, tum
gravitate monasticæ disciplinæ, in a-
morem sacri Ordinis repente accensus,
etiam